

1.192/septiembre. Solar en Riaño, en la villa de "Otero et Ferrerueta et in Rio Mola", lo que firman entre varios testigos: Martin de Ferrerueta, Juan Petrafila, Martin Miguez de Boca de Gurgola, Michel Dominguez de Rio de Mola, etc.

CARTULARIO DE S. TORIBIO DE LIEBANA. DOC. 122

LUIS SANCHEZ BELDA

CARTA DE UN SOLAR EN RIANNO EN LA UILLA DE OTERO CON SUS PERTENENCIAS, ET DE LA HEREDAT DE FERRERUELA, ET DE RIO DE MUELA CON SUS SOLARES QUE'L PERTENESCEN QUE FUE DADO A SANCTO TORIBIO EN TAL MANERA QUE LO TOUIESSEN LOS HEREDEROS ET DIESSEN CAD'ANNO RENTA DENT A SANCTO TORIBIO.

In Dei nomine. Ego Petrus Iohannis frater de don Amor<o>so, pariter cum uxore mea Iusta Diaz, cum consensu et uolutatem filie nostre Marie Petriz, pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, facimus cartam donacionis et confirmamus monasterio Sancti Turibii et uobis priori dom{o}no Gualtero et sucessoribus uestris de quodam solare quod habemus in Rianno, in uilla que uocatur Otero, iusta solare de Martin Petriz et uxore sua Iusta Pelaiz. Damus uobis illud solare cum suis pertinenciis, et damus uobis dimidiam hereditatem quam habemus in Ferrerola, et in rio de Mola cum solaribus ad ipsam hereditatem pertinentibus, in montibus et fontibus, in pratis, in pascuis, in paludibus, in molendinis et in omnibus que ad ipsos solares et ad hereditates predictas pertinent, ut habeatis et possideatis ista omnia predicta iure hereditario in perpetuum. Ita tamen, ut nos et nostra posteritas teneamus senper predictum solare, scilicet de Otero, nistalem culpam facerimus pro qua debeamus illud amittere, et persoluamus uobis nos et sucesores nostri qui in predicto solare manserimus in unoquoque anno medietatem in omnibus que potuerimus acquirere, tam in agricultura quam in animalibus et ceteris omnibus et faciant (sic) omnes tam presentes quam futuri, quod ego Petrus Iohannis et uxor mea Iusta Diaz fecimus ad aliis dominis omis (sic) subieti sumus monasterii Sancti Turibii et fratres sumus eiusdem loci. Si quis autem, cartam istam disrumpere temptauerit, sit maledictus et confusus, insuper pectet regi terre centum morabetinos, et hereditates restituat duplicatas monasterio Sancti Turibii.

Facta carta Era MCCXXX, mense setembri, regnante rege Alfonso in Legionem. Episcopo existente Manrico. Goncaluo Ferrandez tenente Rianno. Don Amoroso testis. Petro Martiniz testis. Don Guterre de Uarnedo testis. Ferrando Petriz de los Peios teste (sic). Martin de Ferrerola testis. Michael Domengez de rio de Mola testis. Micael Iohannes de Petrafita testis. Martin Micaeliz de Boca de Gurgola testis.

Esta carta mostro Pedro Perez de Ferruela a don Toribio prior de Santo Toribio en Potes, en presencia de mi, Alfonso Pelaiz, escribano publico por el rei en Ual de Uaro, pesquisas: Ferran Dominguez arcipreste de Lieuana, et Ioan

Rodriguez de Campolio, et Diago Martinez de Uaro, et Pedro Ferrandez alcalle de Potes, et Diego Martinez de la casa nueua, et don Toribio clerigo de Leuenna, et don Alfonso Martin de Noual, et Iuan Perez fi de Iuam Polo, et Diago Ferrandez, et Martin Perez. Esto fue iuues, XXIII dias de febrero, Era de mil et CCC et XXX et IX annos, et io Alfonso Pelaiz escriuano sobredicho a ruego del dicho don Toribio prior saque este traslaudo desta carta et meti en el mio signo en testimonio.

CARTULARIO DE SANTO TORIBIO DE LIEBANA DOC. 122
LUIS SANCHEZ BELDA